



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 2. Posonii comitia, novumque fœdus Hungaros inter & Austriae  
Archiduces.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII.  
A.C. 1608.

§. II.

*Posonii comitia, novumque fædus  
Hungaros inter & Au-  
striæ Archiduces.*

Jam anno priori Hungarorum comitia *Merc. Gal-*  
fuere indicta, cum autem Matthias *lobelg. l. 31.*  
*Austriæ Dux, qui Cæsaris nomine præ-* *& t. 6. l. 3.*  
esse, venire præpediretur, Hungari *Hist. Gene-*  
moræ pertæsi discesserunt, facta apud *ral. d' Alle-*  
Cathedralis Ecclesiæ Capitulum decla- *magn. P.*  
ratione, quod indicto alio conventu,  
quocunque loco Cæsar jussisset, rursus  
comparere parati essent, simulque pa-  
cis Viennensis ante biennium initæ ar-  
ticulos ad unguem servare constituif-  
sent: Interim die decima quinta Ja-  
nuarii Matthias Archidux cum insigni  
comitatu Posonium venit, per honorifice  
exceptus, verba faciente Napragio Jau-  
rinensi Episcopo, & Hungaris Proce-  
ribus de felici adventu Regi gratulan-  
tibus. Sequenti die Archidux cum  
Archiepiscopo Cardinale Strigonienſi  
de rebus in hoc conventu agitandis seor-  
sim consultabat: adventante autem Il-  
lischascio die vigesima tertia Januarii  
publicæ deliberationi datum est initium.  
Attamen Protestantium Hungarorum  
protervia conventus vix incæptus jam  
dissolvi credebatur; hi enim Archiduce,

T 2

quid

Sæc. XVII. quid in hisce comitiis deliberandum  
A. C. 1608. curreret, exponente mox vociferabu-  
tur, ad sedandos Heiduccorum motu  
non deliberatione opus esse, sed con-  
matione articulorum in Viennensi Con-  
ventu acceptatorum, maxime verollig-  
lionis libertatem concernentium: si  
hac igitur sententia cum dimoveri  
possent, & Ecclesiasticis Proceribus in  
fensi coram Cardinale ceterisque Sac-  
Ordinis Viris comparere reculare  
cedendum erat eorum pertinaciæ, fac-  
citumque, ut selectis ex Hungariorum  
Senatu decem, totidemque ex Senatu  
Austriaco negotium istud discuteretur.  
Ab his autem vigesima octava ejusdem  
Mensis die decretum est, ut articulo  
pacis Viennæ firmati unacum Religio-  
nis libertate servarentur. Hoc statu  
lito, prima Februarii die foedus cum  
Austriacis inierunt Hungari, ea con-  
ditione, ut si forte, ob belli societatem  
ab Heiduccis cum Turca initam, dan-  
num aliquod aut bellum Hungaricis et  
cinisque Regionibus a quopiam infer-  
contigerit, conjunctis statim viribus  
invicem auxilio esse tenerentur. Ho-  
föedere utrinque firmato Illishafci  
unacum Georgio Tursone nulla mora  
Heiduccos rebelles contendit, eis  
gnificans, ut posthabito Turcicæ So-  
cietatis proposito ad quietem fese com-  
pone

ponerent, fecus ab omnibus simul Sta- Sæc. XVII.  
tibus uno impetu opprimendi. Postea A.C. 1608.  
nonnulli adversus Cæsareæ Aulæ Mi-  
nistros querebantur, quod negotia pas-  
sim occurrentia ab ipsis noxia tarditate  
expedirentur: Hisce autem querelis  
suum de imminuenda Cæsaris jurisdi-  
ctione propositum tegere nitebantur.

### §. III.

#### *Matthias Austriae Archidux in Hun- gariæ Regem salutatus.*

In iisdem comitiis Proceres præcipue *Calmet Hist.*  
Protestantes, qui Cæsarem extortæ *Univ. l. 150.*  
Religionis libertati adversari noverant, *Goldast de*  
nulla ferme cunctatione consenserunt, *Regn. Boh.*  
ut juxta Viennensis pacti leges *Matthias cum. p. 138.*  
ob adversam Cæsaris valetudinem Ca-  
put Domus Austriae, necnon Hun-  
gariæ Rex ac Princeps declararetur:  
quo facto Hungari cum Austriae mu-  
tuuo sese foedere obstrinxerunt, ut non-  
nisi ipsius imperio parerent, eoquod  
Cæsar ex animi indispositione & infirmi-  
tate, quæ sua periculosa intervalla haberet,  
in Regimine Regnorum & Provinciarum  
minus sufficiens atque idoneus esset, ita, ut  
iis a Deo sibi commissis eo, quo par esset  
modo, præesse nequiret, aliunde vero Cæ-  
fare improli Matthias proximus ipsius  
hæres foret. Ab eo tamen petebant

T 3

Hun-